




Om 18





# HISTORIA CERINTHI

CIVIS PARTEM PRIOREM

QVAE AD

## IVDAEOCHRISTIANISMVM

ET

## CANONICAE APOCALYPSEOS

FATA ILLVSTRANDA PERTINGIT

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

## CAROLO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV.  
RINGIAE REL.

EX

AVCTORITATE VENERANDI THEOLOGORVM ORDINIS  
PRAESIDE

## IOANN. GVILIELM. SCHMID

THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSORE PVBL. ORDIN.  
CIVIVM GOTHANORVM ET ALTENBURGENSIVM INSPE-  
CTORE, THEOLOGICI ORDINIS H. T. DECANO

PRO SVMMIS IN THEOLOGIA HONORIEVS

RITE IMPETRANDIS

A. D. VIII. AVG. A. C. C<sup>I</sup>DI<sup>I</sup>OCCXCV.

PVLICE DISCEPTANDAM PROPONIT

## HENR. EBERH. GOTTL. PAVLVS

THEOLOGIAE PROFESSOR P. ORD. PHILOSOPHIAE DOCTOR, SO-  
CIETATIS ANTIQUARIAE LONDINENSIS ET NATVRAE CVRIO-  
SORVM IENENSIS COLLEGA.

---

IENAE,

TYPIS GOEPFERDTIL.

INTRODUCTIO IN LIBRARIUM

LIBRARIA IMPERIALIS ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE

LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

FRANCICAE LIBRARIUM ET UNIVERSITATIS

KÖN. PR. FR.  
UNIVERS.  
ZVHALIE

die auctoritatis in aliis quatuor capitulois eiusdem libro  
volvi in chapter IV. Probatum est autem quod membra  
eiusdem auctoritatis non solum mundia, interiecta etiam  
spiritus et anima, sed etiam res corporales et sensiles — non  
tamen res corporales tantum, quae sunt materialia, sed etiam  
res spirituales. Hinc etiam res — 8. — sic spiritus non  
potest operari nisi non collaboretur corpori et anima  
spiritu. Et opere illius non collaboretur corpori et anima  
spiritu. Hinc etiam res — 9. — sic spiritus non potest  
operari nisi non collaboretur corpori et anima

## CONSPETCVS

### HISTORIAE CERINTHI,

QVATENVS AD IVDÆOCHRISTIANISMVM ET CA-  
NONICAE APOCALYPSEOS FATA ILLVSTRANDA

PERTINGIT.

In notitiis de Cerintho, viro ecclesiasticae historiae  
aeque ac biblicae N. Ti exegeseos studiosis memora-  
bili, præcipuus nodus est circa quaestionem illam:  
*vtrum judaizans Cerinthus fuerit et tamen gnosticus?*  
§. 1.

Difficilis solutu §. 2. quaestio haec ab aliis dubi-  
tanter tangitur §. 3. ab aliis per methodum illam con-  
ciliandi et vniendi tentatur §. 4. deciditur ab aliis, alteru-  
tra parte assumta, aut: non nisi judaizantem fuisse  
Cerinthum §. 5. aut: mere Gnosticum §. 6.

Mere Gnosticum eum fuisse non euincitur historica  
coniectura, quae ex doctrina Ebionaeorum ob aliquod,  
quod inerat, *consimile* alia Ιεδαιοντα in Cerinthum  
mere gnosticum translata fuisse, diligenter studuit  
eruere. Dubitatur enim §. 7. de vocula: *consimiliter*,

apud Iren. I. 26. et quod maius est, in Ebionaeis chiasmum pro dogmate ita peculiari, ut exinde in alios forte transferretur, habitum diu non fuisse, moneatur. — Praeterea ab Ebionaeis, minus notis, sumta aliqua et Cerinthianis, latius diffusa, adicta fuisse, non proclive est §. 8. Licet vero varii generis commenta in historia ecclesiastica non sine exemplo sint adeoque figmenta historica fieri sene, quod dolemus, potuerint §. 9. tamen, hac vice tale quid apud Epiphanium haer. 28. subrepisse, non deprehenditur §. 10. Varia ea, quae, velut accessoria, ab Ebionaeis in Cerinthum translata esse possent, possunt etiam facile vtrique parti fuisse communia §. 11. Historico autem ex monumento, (Pfeudotull de praefcr. §. 48.) Cerinthus judaizantis Christianismi nota non liberatur §. 12. neque ex silentio Irenaei aliisque id genus argumentis consequitur (§. 13.) hoc fieri debere.

Proponitur ideo quartus aliquis nodum soluendi modus §. 14. Qui cum ab Epiphanio progrediatur, hunc scriptorem recte censendi rationes quaedam explicantur §. 15. etiam de auctoritate Irenaei indicantur aliqua §. 16.

Cardo rei in eo vertitur, ut tempora distingamus §. 17.

Quae Cerintho, etiam Gnostico, adhuc partim ex Iudaismo adhaesisse memorat Epiphanius, εἰ γνωστοὶ Cerinthianae non repugnabant §. 18. ab Irenaeo fileri, Epiphanio bene innotuisse poterant §. 19. Cum iis vero, quae Epiphanius (semente Philastrio) de feroore Cerinthi pro Iudeochristianismo narrat, §. 20. et quae inter se aequae ac cum aliis historice cognitis consenserint

tiunt §. 21. psychologice duplex Epiphanii narratio,  
prout sonat, aptissime conspirat. §. 22.

His contraria dubitatio omnis tolli videtur §. 23.  
dummodo cum Epiphanio ipso Cerinthum in Palaestina  
versatum ab eodem, qui in Asia posthac degebat, ita  
discernamus, ut similis distinctio saepissime in expli-  
candis hominum doctrinis necessaria est. Sic etiam aliud,  
quod videbatur, *ασυγκατον* Cerinthianorum systematum  
de Iesu, qui jam resurrexerit, et de Christo, qui olim  
demum cum mortuis resurrecturus fit, enodatur.

§. 24.

Ea, quae Iudeochristianismum in Cerintho Palae-  
stineni *vniuerso* Epiphanio duce ostendunt, vni obtu-  
sti exposita §. 25. inde etiam stabiliuntur, quod ju-  
daizans opinio aliqua *singularis*, id est, chiliasmus  
crassior aliis veteribus *vt ισορρημενον* de Cerintho mani-  
feste innotuerat, quippe anonymis *τισι* apud Diony-  
sium Alex. seculi II. Christianis §. 26. nil de hac *παρεχ-*  
*δοσει* dubitante Dionysio; atque etiam in Asia nonnullis  
Thyatirenis, quorum aetas dubia manet, notitiae vero  
historicae de hac re a nullo veterum, qui *αλογης* hosce  
in aliis inuidiosius infectati sunt, negantur §. 27.

Dum Dionysiani illi *τινες* ob aetatem hoc loco in-  
primis memorabiles sunt §. 28. Thyatireni hi, qui-  
cunque demum sint, laudem de rationibus temporis,  
quo Apocalypsis canonica scripta fuerit, bene obserua-  
tis cum illis *τισι* communem habent §. 29. neque igi-  
tur chronologia Iudeochristianismo Cerinthi contra-  
dicit.

Audaci eorum conjecturae de Cerintho Apocaly-  
pseos canonicae scriptore licet Caius, vir ecclesiasticus

Sec. III. ineuntis, non adsentiatur §.30. (cuius quidem auctoris locus ap. Euseb. H. E. III, 28 facilius ita explicandus judicatur §.31, vt ipse Caius ab Alogis discerni debeat, id quod et aliunde elicitur §. 32.) tamen Cerinthum in Chiliasmo iudaizantem et ipse nouerat hic Antimontanista, prout id Theodoreto etiam ex eo patuit §. 33.

Atque vtraque narratio, tam Epiphanius de Iudeo-christianismo et Iudeognosticismo Cerinthi, quam reliquorum de Chiliasmo eiusdem iudaizante et cum aetate scriptae Apocalypses canonicae synchronistico, a se inuicem stat independens §. 34.

Vnde quid Apocalypses canonicae historiam tangat, cum judicio de origine eius libelli externis indicis non adsequenda, subiungitur §. 35.

§. I.

**A**d Cerinthum non eos solos, qui historiae ecclesiasticae operam dant, tanquam ad principem fere Gnosticismi Christiani auctorem, sed in primis etiam Iohanneorum in nouo Testamento libellorum interpres saepe multumque respxisse inter omnes constat. Non enim hac in re id vnicce scitu dignum judicatur, quid vniuerso senserit homo inter Gnosticos christianos antesignanus. Sed etiam, vtrum ab Euangelista Iohanne in euangelio epistolisque hic ipse impugnetur Cerinthus nec ne, et deinde: an idem tamen Apocalypses auctor haberi cum aliqua veri specie potuerit, sunt, qui solcitem anquirant. Scilicet fuerunt ex veteribus et Anonymi nonnulli et Epiphanius praesertim, cum plerisque ex sepioribus haeresiologis, qui Cerintho dogmata valde Iudaizantia tribuerent. Fuit autem etiam Irenaeus potissimum, qui, in libris gnosticarum

sticarum haeresium aduersariis, Cerinthum mere vt Gnosticum introducens, sistema ipsius ita delinearet, vt solus Φευδωνυξ illius γνωσεως character in eo non possit non statim, si resurrectiō nem Iesu excipias, per omnia facile agnoscī. Ingenium vero judaizans, vere sentiebant viri eruditī, a gnostico longissime distare; nec forte vel Cerinthus ipse a vi principalī, Deo illo primo, demiurgum suum longius distare somniauerit.

§. II.

In vetustissima christianarum rerum historia talis nodus si vñquam implicatus est, difficilime soluitur. Monumenta enim historica habemus tam pauca, tam remota ab istis ecclesiae originibus, tam obscura crebris in locis, tot omnino quaestiōnibus ad diiudicandum necessariis nihil responsi, praeter coniecturas admodum versatiles, prae-bitura, vt plerumque rerum vere gestarum indagator, quo attentior, certi curiosior et tenacior, in coniectando cautior ac timidior est, eo acrius ad pronunciandum illud: non liquet! adactus sit. Non raro is deinde omnem fere operam suam in eo ponere debet, vt ne coniecturae intricatiōres, quarum longo in syrmate verisimilia verisimilibus non accumulari, sed superstrui etiam solent, tandem ad stupētibus spectatōribus structurae speciem exhibeant ad susiētandas quascunque opinionum moles satis bene fundatae.

§. III.

§. III.

Difficultates autem illae paene omnes cum illustrando systemati Cerinthiano obesse videantur, non miramur, acutissimos viros de isto noluisse aliter, quam dubitanter, pronunciare. In his vir Ill. L. T. Spittler, qui psychologiae facem historiae ecclesiasticae tot vicibus felicissime admouit, in Delineatione historiae christianorum ecclesiasticae theotisce primum 1782. edita §. 15. hunc in modum iudicat: cum reliquo systemate Cerinthi id prouersus non conspirare, quod, ut memorant, Christum in terras has ad regnum aliquod millenarium terrenis voluptatibus adfluens instaurandum, putauerit, olim redditurum esse. „*An vero hac in causa, modeste vir perspicacissimus, non minus quam sagaciter subiicit, interna ista repugnantia et αυτοσια, ut patrum narrata in dubium vocemus, satis recte efficiet?*“ Post hunc eadem ex circumspectione adseuerantius de Cerinthiana doctrina pronunciarē \*) noluit Vir S. V. H. Ph. C. Henke, his verbis usus: „In der Gegend von Ephesus, wo Iohannes, der Liebling Iesu, viele Jahre gelebt hat, befand sich *warscheinlich* eine oder die andere dem Christenthum hinderliche Parthie von Sectirern aus der Schule des Täufers Iohannes, und von Anhängern des aegyptischen Iuden, Cē-

\*) Allg. Geschichte der christl. Kirche nach der Zeitfolge. 1. Th. 2. Ausg. S. 53.

rinthus, deren weitern Anwachs Iohannes durch seine Schriften zu wehren suchte. Es ist aber schwer, ihre besondern Lehrsätze und Schwärmerieien zu erklären.“ Quibus dictis hoc vnum subnotamus. Si non natu, tamen opinionibus atque ex institutione aegyptiacum Cerinthum indicari a Theodoreto haer. fabb. L. II. c. 3. sed solo. ετος (ο ηηρινθος) refert iste, εν Αργυπτω πλεισον διατριψας χρονον και τας φιλοσοφης παιδευθεις επισημας υσερον εις την Ασιαν αφικετο. Unde vero haec hauserit, quod dolemus, non memorat.

§. IV.

Sed etiam vltra hanc εποχην philosophico-historicam progressos videmus, alios scriptores vastae eruditionis laude conspicuos. Vnum ex his instar omnium nominamus, Celeb. Ioh. Matth. Schroechk, qui, in maiore de historia ecclesiastica opere, Cerinthiano systemati Gnosticō judaizantem illam opinionem de regno millenario terrenis illecebris pleno adhaesisse pro certo ponit \*) magis, quam confirmat. Scilicet posteaquam Cerinthi Gnosticismum, vti quidem apud Irenaeum et Epiphanium legitur, enarravit, pergit Historicus his verbis: „subiunxit autem (Cerinus): „olim post resurrectionem mortuorum Christum

„cum

\*) Christl. Kirchengeschichte 2. Th. 2. Ausg. S. 305.  
306.

„cum Iesu iterum coniunctum iri, eumque illis, qui  
„Deum supremum ex sua institutione agnouerint,  
„coluerint, legisque Mosaicae partem nobilio-  
„rem (?) seruauerint, regnum millenarium, deliciis  
„abundans, Hierosolymis esse conditum. . .  
„Sic quidem Irenaeus (adu. haer. L. I. c. 26. L.  
„III. c. 11.) Epiphanius (haer. 28.) et Theodoretus  
„(chaeret. fabb. L. II. c. 3.) dogmata Cerinthi de-  
„scriperunt; omne tamen ipsius systema non de-  
„lineasse videntur.“ — Sed talia Cerinthum,  
ut Gnosticum, subiunxisse, id est, systemati suo  
gnostico hanc diuersissimi generis et ingenii ap-  
pendicem adstruxisse, apud veteres vere non in-  
uenimus. Legimus sane, Cerinthum et gnosti-  
cas opiniones seuisse, et Mosen ex parte reti-  
nuisse, et Chiliasmi voluptuosi vel fautorum vel  
auctorem a nonnullis habitum fuisse; sed qua-  
ratione, quoue temporis idearumque nexus tria  
haec inter se apud animum suum haereticus homo  
vniuerit, et quod adeo Christum suum cum Iesu  
iterum coniunctum iri statuerit, id ex conjectura  
suppleuit celeb. Historiographus, suo omnino  
jure vsus, sed in eo tamen nimis breuis et ver-  
borum parcus, quod, quae disertis veterum  
enarratis nitantur, quid vero systematis probabi-  
liter yniendi causa interseri debere censuerit,  
non eadem, qua solet, cura ipse statim paucis  
seuinxerit. Quo discrimine neglecto alias quis  
a fontibus inspiciendis literatissimo Schroekhio  
remotior in fallacem de systemate Cerinthiano  
sen-

sententiam incautus facile illabi poterit. Superest, vt coniecturarum de Gnosticismo et Chiliasm Cerinthi hac methodo inuicem conciliando inuentorem fuisse moneamus *Io. Laur. Mosheimium* \*), virum in systematibus veterum ex ingenio adunandis mirifice exercitatum ac paene versum.

§. V.

Prouti vero Gnosticismum Cerinthi cum iudaizante christiani Chiliasmi fictione per coniecturas vniire eruditis visum fuit, ita quoque eodem nostro tempore alii sunt, qui eundem haereticum aut mere Iudaizantem depinxerunt, aut rationes, cur Iudaismi omnis macula a Cerintho abstergenda, nec nisi Gnosticismi adfectione ei tribuenda sit, solerter exposuerunt. In priorem quidem illam opinionem, satis improbabilem, e recentioribus propendet Vir ecclesiasticae veteris historiae nouis studiis efformandae cupidissimus, Cl. Mich. Merkel, in libro: *Beweis, dass die Apokalypse ein untergeschobenes Buch sei.* (p. 123. 127. etc.) et post hunc in praefatione ad apologeticum praecedentis scriptionis: *Historisch-kritische Aufklärung der Streitigkeit der Aloger und anderer alteren Lehrer über die Apokalypsis etc.* (1782.) Accedimus quidem viro doctissimo, his verbis argumentationis suae partem complexo: „dum Alogi (cum aliis) Cerinthum designant Apocalypseos auctorem, ipsius „aliunde

\* ) In Maioribus Historiae Christ. Institutionibus p. 456-457. (Helmst. 1739.)

„aliunde cognita dogmata Apocalypsi non ita  
„plane contradixerint necesse est, vt nunc nobis  
„persuaderi nonnulli cupiunt.“ Sed praeter  
meras conjecturas, ex lubrico nescio quo veritatis  
historicae sensu, nemini satis commendabiles ni-  
hil nos, ut aperte fateamur, deprehendimus in  
eo, quod l. c. postea statim lectoribus is ipse  
cupit inculcare: „dogmata nimirum Cerinthiana  
serius fortasse ita de industria fuisse effecta, ut  
Apocalypsi, quam Evangelistae Iohanni tunc tri-  
buere maluerint ecclesiastici, plane repugnantia  
apparerent. Neque enim ipsum (Virum Clariss.)  
explicare sibi valere, quo tandem pacto Cerin-  
thus, Iudeus \*) natu atque cum amore Iudaï-  
mi ad Christianorum sacra transgressus, ea ta-  
men, quae credulus ille Irenaeus adv. haer. I,  
26. tradat, adfirmaverit (de mundo non a pri-  
mo Deo facto) virtutemque tamen istam mundi  
opificem a Deo valde separatam pro auctore le-  
gum Israeliticarum, ut Epiphanius (haer. 28.  
p. 110.) et Appendix ad Tertull. de praescr. (c.  
48.) subjungant, habuerit.“ — Vtinam vero  
in omnibus hisce causis ex utraque parte huic  
ipsi fugaci ac subdolae argumenti umbrae, qua,  
quod sibi quis explicare nequiverit, id sictum  
judicare festinet, non nimium, immo nihil fere  
tribueretur.

§. VI.

\*) Επιφανείος dicitur ab Epiphanio haer. 28. §. 2.  
sub fin.

§. VI.

Nón festinanter autem sed studiosissime potius ac subtiliter alteram sententiam: quod Iudaismus omnis a Cerintho amoliendus sit, per tractatam esse, omnes statim suspicabuntur, simulac S. V. G. Chr. Storr istam sibi defendendam existimasse intellexerint; id quod Vir multiplicis doctrinae copiis instructus nec ingenii magis subtilitate ac perspicacia quam animi dexteritate insignis suo modo, id est, nihil, quod ad rem suam probabiliter applicari posset, omitten-  
do peragere \*) suscepit. In perpolita autem illa possibilium et verisimilium catena, quam formatam ibi videmus, id primum nos miramur, quod Vir doctissimus, ecclesiasticorum virorum narratis, ut testimoniis, alias in multis graviter innexus, omnem illam de Chiliasmo et Iudaismo christiano Cerinthi relationem, quae magis, quam sextcentae aliae eorundem Patrum παραδοσεῖς, apud Epiphanius potissimum circumstantiis firmitata, luculenta et copiosa est, nonnisi fictam atque ex erronea efformatam pronunciaverit interpretatione, quam quidem non unus solum vel alter Patrum, sed multi et tempore et studiis diversi de uno Irenaei loco vel concepisse ipsi, vel mirifica credulitate secuti fuisse dicendi essent. In-  
de

\*) Ueber den Zweck der evang. Geschichte und der Briefe Johannis. §§. 38. 39. (Tubingae. 1796. p. 149. seqq.)

de nimirum, quod lugdunensis gnosticorum op-  
pugnator L. I. c. 26. §. 2. Ebionaeos „in iis  
„quae sunt erga Dominum consimiliter ut Ce-  
„rinthum et Carpocratem opinatos fuisse“, prae-  
ceperit, sequiores nescio quam multos, aliquos  
certe Alogis seculi tertii antiquiores, deinde  
hos ipsos Alogorum calumnioso nomine male  
notatos Iohanneorum libellorum repudiatores,  
praeterea Epiphanium, cum minoribus haeresiologis,  
si Pseudotertullianum excipias, omnibus,  
Ebionitarum Iudaismum atque Chiliasmum  
voluptuosum in Cerinthum transtulisse \*).

§. VII.

Quam coniecturam cum apud nos eo ipso  
veri studio, quod Vir Summe venerabilis ante  
omnia peramat, examinaremus, statim vocula  
ista *consimiliter*, non certa et firma satis vide-  
batur, cui reliquae opinionis probabilitas omni  
mole sua tuto possit incumbere. Non enim in  
Codd. ea legitur, qui contrarias potius habent  
voce: *non similiter*, sed Grabiani \*\*) acuminis  
conjectura est. Atque ex ipsis postea haeresiologis  
dum apud Cel. Storr (p. 152.) antiquitas  
voculae

\*) Storriana sententia libri alleg. p. 150. lqq. et alibi  
ad hanc fere summam reddit.

\*\*) cf. notam Massuetianam ad h. l. in edit. Irenaei  
p. 105. nec Grabio adsentientem nec Cotelerio,  
qui negativam particulam expungendam cen-  
suerat.

voculae *confimiliter* adstruitur, qui consensum omnino inter Cerinthum et Ebionem in multis statuunt, utrum ii hunc ex ipsa vocula: *confimiliter*, hauserint, valde dubium manet.

Sed hunc Irenaei locum postmodum Diff. II. §.8. attingere parati, demus nunc: ab haeresiologiis *confimiliter* lectum fuisse. At vero Irenaeus, qui tum Ebionaeos „*confimiliter* ut Cerinus et „Carpocrates, in iis quae sunt erga Dominum, „opinatos fuisse, scripsit, nihil plane de Chiliasmo Ebionaeorum ipse subjungit, generatim tantum: eos, „quae sunt prophetica, curiosius exponere niti, memorans; quae sane verba de multis voluptuosi Chiliasmi suspicione prorsus liberandis repeti etiam possent, ab Irenaeo certe, qui ipsum Chiliasmum crassiorem amplectebatur, non ad reprehendendum hunc dicta esse poterant.

Ponendum igitur erit, eos quos *fortassis* (p. 161.) haeresiologi sequiores in doctrina Cerinthiana exponenda imitati fuerint, aliunde exquisivisse Ebionaeorum *talem* Chiliasmum, quem mox in Cerinthum ex illa *similitudinis* praesumtione, ultra modum ab Irenaeo fixum amplificata, ingesserint. Nos quidem ex iis, qui supersunt, fontibus historicis de Chiliasmo pri scorum Ebionaeorum notitiam luculentam et sat antiquam non invenimus. Neque etiam vel Moshemio in majoribus historiae eccl. institutionibus

tionibus talia curiose exponenti (§. XX. p. 477. sqq.) neque Chr. Guil. Franc. *Walchio*, qui hanc ipsam haeresin Moshemio accuratius descripsit (*Entwurf einer vollst. Gesch. der Ketzereyen.* I Th. S. 110. sqq.) vel doctiss. *Schroeckhio* (in *historia eccl. maj. P. II.* p. 319. sqq.) Ebionaeos Chiliasmi reos agendi ratio obversata fuit satis vetusto e testimonio depromta. Unde, dum apud Hieronymum tandem in *Comm. ad Esaiæ c. ult. v. 20.* accusatio Ebionitici Chiliasmi elucet \*), utrum Ebionaeorum *priscorum de opinio-*  
nibus

\* ) Locus a doctiss. *Storr* (p. 95.) pro indubio (p. 162.) indicatus, apud *Walchium* l. c. p. 117. non nisi dubitanter adhibitus, in edit. Paris. 1604. T. III. p. 511. legitur, haec innuens: „*Iudaei et Iudaici erroris haeredes Ebionitae*, qui pro humilitate sensus nomen pauperum suscepserunt *omnesque mille annorum delicias praefolantes*, equos et quadrigas et rhedas ac lecticas five basternas et dormitoria mulosque ac mulas et carrucas et diversi generis vehicula sic intelligunt, ut scripta sunt. Quod videlicet in consummatione mundi, quando Christus Ierusalem regnaturus advenerit et templum fuerit instauratum et immolatae judaicæ victimæ, de toto orbe reducantur filii Israel, nequaquam super equos sed super mulos Numidiae; qui autem senatoriae fuerint dignitatis et locum principum obtinuerint — iu carrucis veniant, occurrentibus sibi cunctis gentibus, quae eorum servituti fuerint praeparatae.” Haec Hieron. manifeste magis, quod Iudaei, quam quod Ebionaei Christiani sentire poterant, derisui expositurus.

B

Quod

nibus sententia  $\omega\varsigma \epsilon\nu \pi\alpha\gamma\sigma\delta\omega$  pronunciata ab Hieronymo illo, multa quondam per diem longum effundente, multum valere possit. Neque sane post longum priorum scriptorum silentium de hoc Ebionaeorum errore Hieronymo tandem circa a. 410. probabilia falsis miscenti\*) fidem adiungere possemus, nisi Ebionaeos Chiliaetas fuisse tum, cum Iudeochristiani, quotquot novimus omnes, regnum martyrum cum Christo terrenum (cf. Apoc. XX, 9. in urbe quae a gentibus postea oppugnari posset) deinde vero etiam in tellure innovata terrestria Hierosolyma praestarentur, per se proximum vero videretur, patrum vero superiorum silentium inde dilucide explicandum esset, quod expectationem, ante  $\psi\epsilon\delta\sigma\pi\tau\eta\mu\pi\alpha\tau\eta\mu\pi\alpha$  illa in exegesi phantasma, qualia Hieronymiana h. l. sunt, omnibus communem, exprobrare Ebionaeis nequierint. Hoc tamen ex diurno isto silentio relinquitur indicium,

Quod ipsum licet γερμανικό potius quam πνευματικό confonum, mallemus tamen hoc in loco Ebionaeis jungi quam Hieronymo, spirituali sua scilicet γνώσει superbienti, nodum vero his verbis (p. 510.) folaturo: „hoc solum dicam, quod diversa vehicula, quibus homines adducuntur ad fidem, Angeli sunt vel sancti viri, qui de hominibus in angelos profecerunt.“ O mirificum scilicet celebratissimi ingenii πνεύμα.

\*) „Immolandas victimas Iudaicas, Ebionaeos Christianos expectasse, quis non falsum judicaverit?

cium, Ebionaeorum priscorum certe, Chiliasmum talem non fuisse, qualem ecclesiastici viri illis vel aequales vel propiores reprehendere solebant, id est, etiam si terrestrem, non scandalosum tamen atque voluptuosum.

An, quoefo, antiquiores christianos ab Ebionaeis ad amplificandam Cerinthianam doctrinam id transtulisse sumamus, quod iidem in Ebionaeis nondum reprehendebant, quodque ab Ebionaeis eo sensu, ut in Cerintho damnabatur, unquam receptum fuisse, nemo omnium probabiliter tradit?

§. VIII.

Cui vero universo, a secta minus nota nec latius diffusa in sectam multo celebriorem pluribusque per se cognitam novas maculas transfusas fuisse, probabile sit? Quid Ebionaei, in Palaestina quasi *μοναχοτες*, senserint, multis sine dubio exteris minus cognitum erat, quam quidem Cerinthianum illud per Asiam diffusum sistema gnosticum. Huic novi quid adsingere, difficilius certe fuisset. Id autem, quod facilius videri debeat, ut Ebionaeis Cerinthiana ex *γνωσται* aliqua allinerent, postquam Ebion *successor* Cerinthi habebatur, tentatum fuisse non deprehendimus.

§. IX.

Sit nihilominus, Ebionaeos non Iudaizantes tantum sed et voluptuosi Chiliasmi adseclas

B 2

fuisse.

fuisse. Tum quidem ex tali Ebionaeorum phantasmate Cerinthiana fabula suppleri fortasse potuit. At a possibili hypothetico qua via ulteriorius ad ipsam eventus veritatem ducamus videntem est. Historiolas enim ejusmodi commentitias atque copiosius semper exornatas, quibus veterum monumentorum paucitatem largiter supplebant, viris ecclesiasticis inter manus quasi et facile succrevisse, nos minime diffitemur. Hac ipsa potius in causa in istam commentorum patristicorum classem referimus, quod Ebion successor Cerinthi fingatur a Pseudotertulliano, quod historiolā de Johanne Cerinthum devitatuero in Ebionem adcommendetur apud Epiphaniūm (haer. 30. p. 148.) et quae similia sunt, certioribus repugnantia atque inde erroris arguenda. Sed id, quod, quia subinde evenit, crebrius sane fieri potuit, etiam hoc vel illo loco revera factum esse, historica eget omnino \*) evictione.

§. X.

Haec ut exponatur, iam Epiphanium, primo loco Vir Cel. (p. 153.) monet, adleverantius posuisse:

\*) "So gewiss es ist, dass Irenaeus den Ebioniten bloss in Absicht auf die Lehre von Jesu einerlei Meinung mit dem Cerinthus und Carpocrates zuschreibt; so deutlich lässt sich erweisen, dass spätere Haeresiologen die Vergleichung zwischen dem Cerinthus und den Ebioniten viel weiter ausgedehnt haben".  
Haec V. S. R. p. 153.

posuisse: quod Ebion in omnibus ut Cerinthus et Carpocrates senserit. Sed liceat nobis, Epiphanius, quem vivum paucis facilem fuisse dolemus, advocati more ultro succurrere. Producitur omnino apud Cyprus Haeresiomaestigem "Εβιων τα ουοια τετραις Φρονησας". Non tamen Cerinthus proxime ab his dictis antecedit, immo vero οι Ναζωραιοι. Τετραις igitur, quibus similia sensisse legitur Ebion, Nazoraeos proxime fuisse et tum demum Cerinthianos etiam esse potuisse, necessario statuimus, ut ne Epiphanium aliter, quam jacet textus, explicare atque ex tali demum interpretatione culpam in illum elicere videamus. Apud eundem in sequenti paragraphe "Ο Εβιων συγχρονος μεν τετρων υπηρηχεν" legitur, et mox Ebion: τα ισα τοις αλοις εν απασι Φρονων indicatur. An vero οι αλλοι isti Cerinthiani sunt et Carpocratiani? Plane non soli; nec ii potissimum. Sed innuerat modo antea Epiphanius: Ebionaeos nihil fere proprii habere in sua haeresi. Scilicet Samaritarum eos tenere detestandas opiniones, Iudeorum nomen, vel potius: legem \*) Ossaeorum (Esenorum) et Nazoraeorum et Nasaraeorum cogitandi rationem, Cerinthianorum το ειδος \*\*),

B 3

Carp-

\*) Cum Ebionaei non Iudeorum nomen, sed ut mox verius legitur, Christianorum προσηγοριας tenuerint, loco voculae: το ονομα legendum erit, si quid video, τον νομον.

\*\*) hoc est, ut puto, austerae vitae simulatio, operis posita τη των Καρποκρατιανων καινοτροπια.

Carpocratianorum malos mores, Christianorum nuncupationem. Hoc a loco Epiphanii oratio ad illud: *τεταν, ετ τα ιτα τοις αλλοις εν απασι* profluit. Sensus igitur, non culpabilis, hic esse videtur: Ebionaeorum haeresin plurium aliarum esse velut farraginem, ita ut in uno dogmate Nazoraeis in altero Cerinthianis etc. similes, *in omnibus vero uni alicui ex reliquis haereticis consentanei deprehendantur multaque refutatione non egeant.*

§. XI.

Posthaec Vir S. R. quidquid similitudinis praeter dogma de Domino, in quo Ebionaeos Cerintho et Carpocrati posuerat Irenaeus confimiles, inter utramque partem intercessisse haeresiologi tradiderunt, ad figmenta (p. 155. sq.) ablegavit. Ab Ebione, iam in successorem et discipulum Cerinthi transmutato, ut ad sistema magistri retro concluderent, facile adducti esse potuerunt. Potuerunt sane; sed potuisse plures etiam, quam quae ab Irenaeo nuncupatae fuerint, inter utramque partem similitudines obtinere, facile nobis concedetur. Plura enim ex illis, quae utrisque similia fuisse traduntur, ut sunt v. c. usus arbitrarius (*απο μέρες και ρχι ολη* Epiphan. haer. 28. §. 5.) Evangelii *κατα Ματθαον*, argumentatio ex Matth. 10, 25. \*) Martynii

\*) Hanc Cerintho Epiphanius haer. 28. §. 5. Ebionitis

tyrii blasphema derisio, quam Philastrius exprourat Cerintho, ut Eusebius H. E. I. 6. c. 38. Elcesaitis — ne universe quidem Gnosticismo repugnant. Cum Cerinthiano autem Gnosticismo, qui resurrectionem Iesu cum *γνωστι* sua conciliandi locum, utcunque, invenerat (p. 176.) quid non ex reliquis eius generis opinionibus de lege ritibusque Mosis servandis etc.ullo unquam modo conciliari fortassis potuisse existimemus.

§. XII.

Sed iam a possibili, quod in utramque partem fluctuare videmus, ad testimonium de facto deveniremus, si testimoni deprehenderemus, testis nomine dignum, qui ex purioribus atque antiquioribus fontibus hauserit. Talis autem Pseudotertullianus (p. 159.) allegatur. Hunc nimirum (de praefcr. c. 48.) Ebionaeorum doctrinam a Cerinthiana duobus dogmatibus discernere, altero, quod mundus a Deo factus sit, altero vero: *quod Iudaismus fit servandus*. Mirati statim, eundem scriptorem, qui Hebionem Cerinthi successorem fixerit, antiquioribus tamen ex fontibus haussisse, en contextum ipsum lectitantes, nihil sane de duplice illo discrimine cernere potuimus. Ita vero so-

B 4

nat

nitis Pseudotertullianus de praefcr. c. 48. — ac quo jure, putem — tribuit.

nat locus: „Hujus (Cerinthi) successor Ebion  
„fuit, Cerintho non in omni parte consentiens,  
„quod a Deo *dicat* mundum, non ab angelis,  
„factum \*), et quia scriptum sit: nemo disci-  
„pulus super magistrum, nec servus super do-  
„minum, legem esse (i. e. valere) *proponit*,  
„scilicet ad excludendum evangelium et vindi-  
„candum Iudaismum.,, Quae verba si cui ite-  
rum placeat legendo revolvere, constabit, puto,  
ex differentia modi indicativi et subjunctivi in  
verbis: *dicat*, et: *proponit*, posterius sententiae  
membrum non ad dissensum, Cerinthum inter et  
Ebionem, ostendendum, sed ad dogma aliquod  
Ebionis qua tale indicandum dici. Si utrumque  
comma pertineret ad voces illas: „Cerintho  
non in omni parte consentiens, quod „— duobus  
exemplis comprobandas, aut participium:  
proponens, aut subjunctivum: proponat, re-  
quiereretur, etiam in auctore adeo, ut est Plev-  
dotertullianus, soloeco.

§. XIII.

Irenaei de judaizantibus Cerinthi opinioni-  
bus silentium (p. 159.) per se nihil evincere,  
nisi omnia Cerinthiana eum non potuisse non  
et scire et describere comprobatum fuerit, ipse  
nobis V. S. R. facile dabit. Cerinthum Gnosti-  
cum

\* ) Facile patet, inter hasce voculas majus distin-  
ctionis signum ponendum esse: *factum*. Et . .

cum Iudeorum Deum non *Dominum* (h. εὐαγγελίον πεπειρών) habuisse certissimum est. Neque tamen inde ad negandum Cerinthi Iudaismum adducimur. Epiphanius vero ipsum tecta quedam vestigia sui erroris hac in causa (p. 160.) reliquise cur non inveniamus, protinus expoundendum erit.

§. XIV.

Liceat enim nobis, cum interea ab aliis Iudaismum Gnosticismo Cerinthiano qualitercumque subjungi, ab aliis vero aut Gnosticismum hominis aut Iudaismum ita negari videamus, ut in triplici hac explicatione coniecturis vel suppleantur narrationes priscae vel amoveantur, unicam eam, quae restat, viam ingredi et quartam proponere solvendi nodi rationem. Dispiciamus igitur, si placet: annon ea ipsa veterum enunciata, prout sonant, de Cerintho bene valere et secum invicem ita stare possint, ut quidem hic (quod fieri non posse nos dolemus) neutrō errore liberetur, uteque vero error ipsius ex coniecturis nec amplificetur a nobis nec diminuatur.

§. XV.

De utroque Cerinthi errore copiosissimus est Epiphanius, haer. XXVIII. p. 110. sqq. ed. Petav. (Paris. 1622.) cuius scriptoris zelo ferventis saepius, quam judicio pollentis naevos

B 5

nec

nec ignoramus nec diffitemur. Vir multae lectionis sed et multiloquus est, ut ipse sibi subinde: *αλλ οως ποτε μηνιν τον λογον*, acclamat; atque, ut fit, in multitudine verborum non semper multis sensus. Potius confundit non raro diversissima, malus in primis chronologus. Saepe in haeresibus quod caput causae erat, nec videt, nec ferit. Pessime nos habet, etiam in re praesenti, incuria illa, qua, unde narrata hauferit, indicare in multis neglexit. Attamen in describendis erroribus, qui Palaestinam Asiaeque provincias anteriores turbaverant, eundem non ita malum et inertem deprehendimus, ut indistinctius nonnunquam damnatur. Generatim ea, quae de haeresibus memorat, se partim ex aliorum doctrina hauisse partim vero ex aliorum narratione atque sua etiam experientia acceptisse (p. 2.) indicat. Ea in per vestigatione diligenter se versatum esse et ipse afferit (p. 3.) et aetati suae laude indagatoris studiosi ita dignus visus est, ut hanc ipsam ob causam descriptionem haeresium viri conspicui ab eo instantius expeterent. Gnosticismi speciatim notitiam non potuit non habere penitorem, cum ipse juvenis \*) a Gnosticis, qui Carpocratianae indolis, id est, perversitatis in moribus plus quam fanaticae fuisse videntur (v. haer. XXVI.)

ten.  
\*) *Ἐν τῇ γεω ημῶν ἡλικίᾳ ὥρχθεισαι* (feminae gnosticæ) *κατασπάσαι ημᾶς επεχειρεν.* p. 99. sqq.

tentatus atque a mulieribus allectus fuerit, quae sic adolescentem τωσίν et ex manibus της Αγ-  
χούτος (mali corporum principis) liberare velle (p.  
100.) ex impiō suae sectae idiomate pronuncia-  
verant. Cum igitur de perditissimo isto Gno-  
sticismi genere referat: ταῦτη τῷ αἱρεσεῖ καὶ αὐτὸς  
περιετυχόν εἰς σοματὸς δὲ πῶν ταῦτη επιχειρεύτων Φυ-  
γεῖ αὐτὰς αὐτοπροσωπώς ενεγκέδην (p. 99.) cumque  
ipse libros eorum lectilasse (p. 100.) profiteatur,  
in his, quae ad gnosticas αἱρεσεῖς pertinet, si  
nova quaedam et propria servavit Epiphanius,  
minus sane contemnendus est nec protinus aliis,  
vel antiquioribus, postponendus.

### §. XVI.

Etsi enim per aetatem Irenaeus \*) ille, qui contra haereses gnosticas circa annum seculi II.  
septuagesimum sextum scripsisse ostenditur  
(Dod-

\*) Iste quidem iam a Basilio (de Spir. S. c. 29.) ut  
ο εγγὺς τῶν αποστολῶν γενομένος aequo ac ab aliis,  
ultra modum, celebrari videtur. Sed parum vere  
interest, utrum uno an tribus seculis scriptor ab  
apostolica aetate distet, cum uterque de originibus  
christianis recte haberi nequeat ob aetatem  
maxime antiferendus. Testem omnino nolimus  
dici ullum, quicunque sua non nisi ex tradicio-  
ne nactus est. Ad alterum per unum seculum  
haec παράδοσις, si per canalem fluxerit minus  
sanam, deformata, ad alterum post triplex tempo-  
ris intervallum, si canales limpidiores aut aptiores  
fuerint,

(Dodwelli Dissertatione de aetate Irenaei \*) Epiphanius antecellere poterit, Epiphanius tamen, de rebus in Palaestina et Asia gestis referens, certiora et copiosiora habere posse intelligitur, Lugdunensi Episcopo, qui in illud Galliarum quasi exilium post annum aetatis trigesimum delatus, aetate proiectum Polycarpum aliosque πρεσβυτέρος (sc. τῶν Ἀποστόλων μαθητας L. V, §. 1.) quorum de auctoritate multum, sed inane \*\*) etiam,

fuerint, purior et certior devenire potuit. Neuter tamen testis est, sed tradita et servat et tradit,

\*) Cuius excerpta servavit *Guil. Cave Historia viorum eccles. literaria.* p. 40.

\*\*) L. IV. c. 31. a tali „de antiquis presbytero,“ ipse (c. 27.) audiens accepit bonus Irenaeus: ea hominum vet. Ti, quae ibidem non sunt reprehensa, delicta nec a nobis accusari debere, sed in illis typum esse querendum. — L. V. c. 32. „quemadmodum Presbyteri meminerunt, qui Iohannem „Discipulam Domini viderunt, audisse se ab eo, „quemadmodum de temporibus illis docebat. Dominus et dicebat: venient dies, in quibus vineae „nascentur, singulae decem millia palmitum habentes et in una palmita 10 millia brachiorum . . „et unum quodque acinum expressum dabit vi- „ginti quinque metretas vini. Et cum eorum „apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alias clamabit botrus: ego melior sum, me sume; „per me Dominum benedic.„ Dum quidem huius furfuris thesauros Irenaeus a suis prebyteris accepisse crepabat, non miramur, haereticos de pres-

etiam, gloriatur, πατερισ ὥν ετι \*) id est, aetate ad  
res inquirendas non semper satis subacta, nesci-  
mus quamdiu, viderat, atque res asiaticas et  
orientales inde ab anno aetatis quadragesimo  
non nisi elonginquo prospiciebat. Epiphanius  
contra multo propior, utpote in Palaestina na-  
tus

presbyteris eiusmodi ut de „idiotis religiosis“  
sensisse. L. V. c. 20. §. 2. Id mirum vero, eosdem  
presbyteros, si talia se per Iohannem apost. *ut*  
*Domini doctrinam* accepisse fabulantur, pro men-  
daciibus habitos non fuisse et Domino et Iohanni  
absurdissima sua commenta impie adfingentibus.

— „Eosdem dixisse omnes seniores, qui in Asia apud  
„Iohannem discipulum convenerint, id ipsum tra-  
„didisse eis Iohannem, quod sc. Iesu quadraginta  
annos vivis exceperit, afferit Iren. L. II. c. 22.  
§. 5. 6. Quae qualia et exegeticae et dogmaticae  
et historicae illius traditionis, in qua Irenaeus  
habitabat, specimina! Atque ipso etiam a Po-  
lycarpo talia omnia audiri potuisse dubitamus,  
cuius epistola simplicitatis christiana magis ama-  
bilis colorem refert. Irenaeus potius cupediis  
istiis delectatus si ad presbyteros provocat, saepius  
ex congerie Papiae sui unice hanisse videtur,  
quam disertis verbis ut fontem suum indicat. L.  
V. c. 32. §. 3. 4.

\*) ut ipse scribit ctra haer. L. III. c. 3. et in epa ad  
Florin. ap. Euseb. H. E. L. V. c. 20. Dodwellus  
id de anno aetatis tricesimo intelligit. — Quae  
ex Polycarpo audiverat, *non in charta* sed in cor-  
de consignasse, eorum tamen senex se bene memi-  
nisse refert Irenaeus. Opp. p. 340.

tus et deinde circa a. 368 Salaminensis in Cypro Episcopus, etiam sine presbyteris ejusmodi apostolicis, certiora subinde, licet alibi non obvia, habere potuit. Ubinam vero re ipsa habeat talia, e praecceptis logices de probabilibus unice decerni debet.

§. XVII.

Ex primis autem inter ea legibus haec omnino est: narrationem ab interna repugnancia liberam probabiliter esse fuscipiendam, donec vel ipsa fides auctoris extrinsecus labefactetur, vel cognoscendi facultas dubia reddatur. Cuīs legis ad norman dummodo caute aestimetur Epiphanius de iudaizante Cerinthi Christianismo narratio, et hunc et Irenaeum sibi ipsis per se aequē ac secum invicem bene constare posse intelligimus. Neque nos in omni huīus causae disceptatione alia face praelucente fruemur, quam quae in trita illa est Theologorum exēgetica formula: distingue tempora et concordabit scriptura. Quo fundamento praelucto īprimis ab artificiis, narrata inter se pugnantia explicatione alia, quam philologica, conciliandi, raro tutis abstinebimus.

§. XVIII.

Facem vero istam ipse nobis p̄aeferre videtur Epiphanius. Is scilicet in prima quidem para-

paragrapho Cerinthi Gnosticismum non secus ac Irenaeus describit. Unum tantum hoc novum ponit: Cerinthum παρα τον περιτον (i. e. Καρποντον) \*) τῇ εἰσαγωγῇ τῆς ἀυτῆς διδασκαλίας καὶ διαιλαχεῖς αλλὰ η ἐν τέττῳ μονον. Εὐ τῷ προσεχεῖν τῷ Ιεδαισμῷ απὸ μερούς. Φασκεὶ δὲ ότιος τον γομον καὶ τας προφητας υπο Αγγελων δεδοσθαι καὶ τον δεδωκοτα τον γομον ενα ειναι των Αγγελων των τον κοσμου πεποιημοτων. Cerinthum igitur ut Gnosticum etiam eo causae suae consuluisse persuademur, quod Iudeos non omnino offenderet et a se averteret. Ita potius doctrinam suam *introducere* solebat inter alios ut et prophetis aliquid tribuere, nactis quippe sua ab angelis, legem vero ulterius videretur extollere, a principe horum angelorum h. e. mundi fabricatore derivandam. Haec siue ex suo sensu dixerit, siue κατ ομονοιαν solum ab initio doctrinae exposuerit, cohaerere sine dubio poterant cum eodem gnosticismo, qui virtutes illas primo Deo inferiores, quas poltea αιωνας nuncupabant, *angelorum* nomine Iudaico-graeco compellare non dignabatur. Neque omnino malos angelos in Cerinthiano syste- mate Demiurgum cum suis fuisse discimus, apud Irenaeum hoc unum lectitantes: „Vir- tutem mundi factricem [ab ea principalitate

(αρχη)

\*) ἐν excidisse videtur. Pro sequentibus αλλὰ η ἐν τέττῳ μονον legendum conjecterim αλλὰ η ἐν τέττῳ μονον. Sensus, utcunque sit, nihil mutatus.

(*αρχη*) quae est super omnia, valde separata  
fuisse atque ignorasse eum, qui est super omnia  
Deum,, (adv. haer. L. I, c. 26.) Erat enim  
sine dubio Angelus ille mundi conditor per se  
sic satis bonus, dummodo talis, qualem Moses  
et Prophetae depingunt. Deum autem summum  
*ignorare* poterat adeoque ipsum se pro unico  
vero mundi domino habere, absque malitia,  
quae tum, si erroris sibi conscius non erat, in  
ignarum non cadebat. Quid? quod ignarus  
idem, ut superior aliquis Deus introduceretur,  
potuit sane noluisse. Quin adeo superioris ri-  
valis cultoribus infensus cogitari potuit a gno-  
stico Cerintho aequa bene, ac in ipso Vet. To-  
subinde Zelotypia quaedam in reliqua gentium  
numina ardere legitur. Neque igitur ita *απυσατον*  
est, ut Epiphanius, refutandi causa in arenam  
(§. II. p. 111.) progressus, innuere tentat: Φα-  
σινιγρε, inquiens, ο αγενθος των νομον δεδωκοτα οικ  
αγαθον, οτω νομω πειθεσθαι δοκει, δηλον δε οτι ιως αγα-  
θω; πως εν ο πονηρος των αγαθον νομον δεδωκεν;  
Refellendi studio (ut fit praesertim apud haere-  
siomastiges illos) hanc consequentiam nectit Epi-  
phanius: εν αγαθον illum protinus etiam esse  
πονηρον. At vero Cerinthus Demiurgum εν αγαθον  
habebat dum ignorarum summi Dei ab eoque  
longe separatum (sec. Irenaeum) posuit. Is vero  
εν αγαθον non perfectus \*) neque omnino bonus  
non

\*) Matth. 19, 17. Marc. 10, 18. Luc. 18, 19. Rom.  
12, 2.

non statim, prout, adversarium iam agens,  
non historicum, elicit auctor, ο πονηρος malus et  
perditae voluntatis genius est, sed imperfectior.  
*Mali* certe legem servandam esse non praecepsis-  
set Gnosticus; sed ab imperfectiore etiam angelo  
Iata bonum ex parte adhuc continere videbatur,  
quod Iudeus olim ipse, nunc Gnosticus, exju-  
daceis, immo et aliis, suis adseclis *en μερες* com-  
mendare, sine repugnantia poterat.

(c. 11. 10A) **§. XIX.**

Ita quidem Judaismo Cerinthum adhuc ex  
parte favisse, dum in Asia versabatur, sine in-  
terna systematis repugnantia credi potest Epi-  
phanio. Ecce vero hunc, inter Gnosticos, co-  
gnatae certe sectae, olim versatum eorumque  
ipsiis libris lectis informatum, de γνωστι Cerin-  
thiana novi quid, quod Irenaeus sive ignorave-  
rit sive neglexerit, scire non potuisse praesuma-  
mus? Irenaeus sane, de Cerintho Gnostico non  
satis multa edocitus, eam partem doctrinae, qua  
Judaismo hic veluti manum porrigebat, si minus  
reprehendenda videbatur, et omittere, dummodo  
sciverit, facile poterat.

(c. 11. 10A) **§. XX.**

Quae autem apud Epiphanius de Cerintho,  
dum in Palaestina erat, Iudeochristiano relata  
invenimus, haec fere sunt — articulatim a nobis  
C dis;

disposita, sic ut apud auctorem se invicem excipiunt, in haer. 28.

- 1) (§. II.) ετος δε (ιηρινθος) εσιν, αγαπητοις, εις των επι των Αποσολων ο την ταρσην ειργασαμενος Act. 15, 24. memoratam.
- 2) Και ετος εσι των αντισωτων τω αγιω Πετρω, επειδη εισηλθε προς Κορινθιου (Act. 10, 24.) .. ετος σεν παρεκινει περι τε πετρας ανελθοντος εις Ιερασκαλημ τα πληθη των ει περιτομης, λεγων οτι εισηλθε προς αιδρας αιχοβυσιαν εχοντας (Act. 11, 2.)
- 3) Εποιησε δε τετο ιηρινθος πριν η εν τη Ασιᾳ ιηρινθι το αυτε ιηρινθι μαι εμπεσειν εις το περισσοτερον της εαυτε απωλειας βαραθρον. Δια γαρ το ειναι αυτον εμπεριτομον, δηθεν αντιδινιας ενεκα των ει αιχοβυσια πισω δια της περιτομης την προφασιν εθηρησατο ..
- 4) (§. IV.) Αλλα ταυτα μεν τοτε (Act. III.) επραγματευθη κινηθεντα υπο τε προειρημενου ψευδαποσολα ιηρινθε, ως και αλλοτε (Act. 21, 12.) ζασιν αυτος τε και οι μετ αυτε ειργασαντο ει αυτη τη Ιερεσκαλημ, οπηνια Παυλος ανηλθε μετα Τιτη, ως και ετος (Cerinthus) εφη \*)· οτι αιδρας αιχοβυσιας εισιντο ειναιδειν αιθρον. Βισας

\*) Hoc clamasse leguntur Act. 21, 27. οι απο της Ασιᾳ ιεδαιοι θευταμενοι αυτον ει τῷ ιερῷ, ii qui postea, cum accusaretur Paulus coram Praetore, 24, 19. non aderant. Quae notitia licet non complectatur Cerinthum, eum tamen non excludit. Iudeochristianus instigare Iudeos asiaticos potuit, Paulum praefens coram Praetore accusare noluit.

Θυσες εισηγευμε μεθ εκυτε, ηδη περι τατε λεγον  
κεκοιωνηκε, Φησι, τον αγιον τοπον . . .

5) Παντι δε τω Βελομενω πατανοειν τα πάρα τοις  
Αποσολοις τοτε πεπραγματευμενα θαυμασαι επεισ,  
πως τα πάρα τη αιρεσει ταυτη εξ επινοιας πνευμα-  
τος πλανης ενεργηθευτα τον χαρακτηρα υποδεικνυσε  
των δια των αιρεσεων τετων εν τοις Αποσολοις  
(apostolis adhuc vivis) την κινητην εργασαμενων.

Αποσαντων γαρ τετων και εις φευδαποσολες τρα-  
πεντων και αλλας φευδαποσολες αποσειλαντων, ως  
και ηδη προειρηται εις την αντιοχειαν εν αρχῃ και  
εις αλλας τοπους, λεγοντας οτι εκει μη περιτη-  
θητε και φυλακέτε του νομον Μωσεως, & δυναδε  
σωθηναι· εχη τυχεσυ τοτε ταραχη εγενετο, ως  
προειρηται . . . Και ετοι \*) εισιν οι παρα τω  
Παυλω ειρημενοι φευδαποσολοι, εργαται δολοι,  
μεταχηματιζομενοι εις Αποσολες Χριστος (2 Cor.  
11, 13.)

6) (§. V.) Χρωται γαρ \*) τω πατη Ματθαιου  
ιστοιονται μετα πλην της Σολεη (III. Ευαγγε-

\*) E Palaestina venisse seductores Corinthiorum, quasi  
a Iacobō, (cf. Gal. 2, 12.) eruit etiam S. R. Storr in  
Notitiis hist. epistolarum Pauli ad Corinth, interpretationi  
in servientibus 1788. §. IV. ad quae conferri  
possunt, si placet, quae annotavimus in nostra:  
Bibliothek kl. Schriften I. Bd. III. St. p. 281. lqq.  
Cerinthum ipsum Corinthi fuisse non innuit Epiphanius.  
Erant plures id genus κακοζηλοι Iudeo-  
christiani Paulinum γεωργιον ubique euersuri.

\*\*) Γαρ pendet ab antecedentibus: quia κακοζηλοι  
illi Iudeochristiani Apostoli Christi videri volunt,  
etiam

Ευαγγελιώ, από μέρες και οχί άλλω, αλλά (fortassis  
άλλ' ἂ) διὰ την γενεαλογιαν την εισαγον και ταυ-  
την μαρτυριαν Φερεγτι από τε Ευαγγελιου παλιν  
λεγοντες· οτι αριστον τω μαθητη, ηνα γενηται  
ως ο διδασκαλος (Matth. 10, 25.) Τι τεν; Φασιν  
περιτμηθη ο Ιησος, περιτμηθηται και αυτος. Χρι-  
σος κατα νομον, Φασιν, εποιησατο; και αυτος  
τα ίσα ποιησον. Οθεν και τινες εκ τετων . . πε-  
σονται ταις πιθανολογιαις δια το του Χρισον περι-  
τετμησθαι.

7) Τον δε Παυλον αθετεσι δια το μη πειθεσθαι τη  
περιτομη, αλλα και ειβαλλεσσιν αυτον . . .

8) (§. VI.) Ουτος δε ο ιηρινθος ανοητος και ανοητων  
διδασκαλος (sc. εσιν) Φασιει (fort. Φασκεν) παλιν  
τολμησας· Χρισον πεπονθεγαι και εξαυρωσθαι,  
μητω δε εγγερθαι, μελλει δε ανισαζθαι, σταν  
η καθολιγ γενηται ανασασις. Αγυσατα τοινυ ταυ-  
τα παρ αυτοις και βηματα και νοηματα . . .

9) (§. VIII.) Καλενται δε παλιν οτι Μηρινθιανοι  
ως η ελθεσα εφ ημας Φημη περιεχει. ΕΙΤΕ γαρ  
ο αυτος Κηρινθος \*) Μηρινθος παλιν εναλειτο, ε  
etiam utuntur Evangelio Apostoli, sc. Matthaei.  
Pluralis Χρωνται ostendit, Epiphanium novisse,  
non Cerintho soli sed et aliis id genus Iudeo-  
christianis Evangelium illud ex parte, prae aliis,  
arrisuisse.

\*) Κηρινθος flos est aestivalis cerinthe Plin. l. 4. c. 12.  
Theophrast. Hist. plant. l. 6. c. 7. Aristotel. hist.  
animal. l. 9. c. 40. Μηρινθος autem funiculus  
piscator-

παντα τι σαφως περι τατεισμεν, ειτε αλλος τις  
ην Μητρινθος νομιματι, συνεργος τετω, Θεω εγνω-  
σαι, ηδη γαρ ειπουσεν οτι και μονον αυτος εν Ιεροσο-  
λυμοις πολλαις αντειη τοις Αποστολοις αλλα και οι  
συν αυτω εν τη Αστικ . . .

Unum addendum ex eodem Epiphanio, quod  
haer. 51. §. X. p. 432. per transitum me-  
morat:

10) Λεκας . . λεγει πιος εν τω δωδεκατω ετει  
ανηλθεν εις Ιερουσαλημ· ιωα μη παραλειψη τοπον  
τοις νομισατιν αυτον (Ιεσυμ) απλως ανδρα τελειον  
εν κοσμω πεφηγεναι και εις τον Ιορδανην προς τον  
Ιωαννην ήμεναι· ως υπεβληθη υπο Κηρινθα και  
Εβιωνος και των αλλων. Δεινος γαρ οφις σκαλη-  
νως διαβανων ενι μια γνωμη σχι μικται αλλα τοις  
μεν δονει εκ παρατριβης και σπερματος ανδρος  
ηγεγενησθαι, τοις δε αλλοις απλως ανθρωπος πε-  
πληφηνειαι . . .

§. XXI.

Haec igitur Epiphanii sunt de Cerintho, Ia-  
daeochristiano. In quibus grauiora omnia non  
dubitanter et tamquam ex coniectura dici, sed hi-  
storica voce, id est, firma et certa proferri audimus.  
C 3 Re-

piscatorius est. Mali ominis nomen in locum al-  
terius, quod laetioris erat significationis, in con-  
tumeliam haeretici hominis vel eorum potius, qui  
sic ludere amabant, substitui infrequens non erat,

Reloge, si placet, nros 1—4. et 8. Meretur etiam notari narrantis diligentia, qua (No. 9.) quid ex fama dubia acceperit, discernit ab iis, quae certa ipsi erant ibidem sc. a vocibus ηδη γαρ — *Aσια* ea propter repetita. Reliqua igitur Epiphanio certiora omnino erant, quam quae per famam ad ipsum deuenerant.

Numerum 5. relegendibus facile succurret consensus narrationis cum iis, quas ex Nono Testamento nonimus, Iudeochristianorum machinationibus, vbiique Iudaismum liberaliori doctrinae adsuturis. Eos homines indefessos fuisse atque auctoritate inter suos valuisse, ex effectis subitaneis colligent, qui vel epistolarum ad Corinthios et Galatas vnicce meminerint. Nec demum ex Nono Testamento talia collegisse atque in Cerinthum deinde, ex conjectura, transutisse videtur Epiphanius. Si quaevisisset haereticum, cuius nomen Iudeochristianis ipsis κωνοςγηλοις praesigeret et adsignaret, propriorem habuisse Ebionem, quem nominatim extitisse talem non dubitabat.

Si noui Testamenti silentium de Cerintho Epiphanii narratis obuertitur, ut sit apud Walschium in histor. haer. p. 253. \*) argumentum hoc

\*) Hingegen beruft sich der verneinende Theil darauf: dass weder Lucas, der die Geschichte der falschen Apostel erzählt, noch Irenaeus, der mit so grossem Eifer von Cerintho handelt, nur ein Wörtgen von dieser

hoc eorum ex genere esse videtur, quae, dum  
nimium probarent, nihil probant. Lucas enim  
atque omnes N. Ti libelli neminem vñquam  
nominent ex istis, qui ecclesiam Hieros. in Pe-  
trum ac Paulum commouere studuerunt. An  
vero eos nullos fuisse inde sequitur, quia ano-  
nymi sunt? Irenaei autem silentium iam atti-  
gimus. (§. 16. 19.) Quid, quaeſo, etiam si  
Cerinthum Iudeochristianum ab Apostolis  
reprehensum fuisse nouissent omnes? An  
daminatus inde Cerinthus fuisse ille, minus  
sane nunc judaizans et Gnosticus? Dum in  
Palaestina erat, praeter nimium pro Iudaism-  
mo zelum nihil omnino in eo culpandum fuisse  
videtur.

C 4 Quae

dieser wichtigen Angelegenheit melden, welches desto  
mehr zu achten, da gewiss der Widerspruch der Apo-  
stel dem Cerintho am nachtheiligsten und von Irenäo  
gewiss nicht würde übergangen worden seyn; dass  
nicht einmal erweislich, dass Cerinthus damals schon  
seine Lehren (gnosticas sine dubio heic immittit Val-  
chius, quae tum Cerinthum iam professum fuisse,  
et nos negamus, atque adeo, cur Irenaeus priorem  
Cerinthi historiam, si quidem nouerit illam, pree-  
termiserit, satis intelligere nobis videmur) vor-  
getragen und dass in der That Cerinthi Irrthum vom  
Gesetz weniger erheblich gewesen, als seine andern  
Lehrsätze; hingegen von den falschen Aposteln zu  
Antiochien kein anderer Irrthum gemeldet wird als  
dieser.“

Quae No. 6. 7. referuntur, de Euangelio Matthaei ex parte adhibito, Paulo repudiato — ipse Epiphanius non soli Cerintho ingerit, sed pluribus ex iis, qui μεταχρηματιζουσιν εις Αποσολες X<sup>ο</sup> Ethnicochristianis vetus jugum parabant. Observato plurali: χρωνται — Φρτι — αθετεσι — patet, numerum 6. non euerti per ea, quae numero 10, alio ex loco Epiphanii memorata adtulimus. Qui apud Mattheum genealogiam pro certo hahebant documento, omnino Iesum natum, sensimque adulatum esse non poterant negare. Sed non quous tempore genealogiam illam a Cerintho tanti aestimatam fuisse, accepertat Epiphanius. Id dum tradit *ως τεν παροδω*, nihil inde nobis indicari ipse innuit, nisi opinionum fluctuationem, quae hisce in rebus nemini insolita et inaudita videbitur. Fuisse inter Iudeos, qui Messiam ita debere comparere putarent, ut nemo, vndenam esset, compertum haberet, ex Iohanne intelligimus Eu. c. 8, 27.

Sequitur, si hucusque notata recte obseruimus, in narratione Epiphanii internas dubitandi rationes non latere. Constat potius sibi ipsi atque ex aliis veteris historiae eccl. monumentis nihil, quo conuelli possit, succurrit.

A Philastrio de haeresibus c. 36. Cerinthi Iudeochristianismum, a continuatore eiusdem anonymo §. 6. Chiliasmum Cerinthi etiam notari, paucis attingimus. Prior non scripsit ante

386. (cf. eius haeresin 62. et 67.) atque ex ipso Epiphonio, qui de haeresibus circa a. 575. scriperat, hanc sua. Continuator incertae aetatis ex Eusebio de Chiliasmō Cerinthi, quae inuenierat, suppleuit. Quidquid sit, nihil praeter hoc vnum, quod alia certiora ipsis non innotuerint, testantur.

§. XXII.

Sed et animum humanum, ut est omnibus que temporibus idem est, quasi teltem et vindicem nanciscitur Epiphani narratio. Idem ille Cerinthus, qui prouectiori aetate *εν τῇ Ασίᾳ διατριβῶν* ad Iudaismum adhuc *ex parte* se accommodabat, antea, cum junior inter Christianos esset Hierosolymitanos, pro Iudaismo et Apostolis cum Iesu Messiae placitis semper coniungendo pugnasse traditur. Viden' quaeso, quam bene, quam psychologice haec cohaereant. Iuuenis pro receptis Iudeorum moribus Mosisque ac prophetarum institutis feruentior, Petro, Cornelium gentilem nec dum Proselytismo Iudaiaco ad regnum Messianum satis, ut videbatur, præparatum, in quaestione Actor. X. mota fese opposuisse, deinde Paulo, nouo apostolo, Hierosolymitanis christianis etiam multo post male adhuc suspecto (Act. 21, 21.) Antiochiae ex eodem *ζηλῷ τε τούς*, quem nec Apostoli Hierosolymis extirpare poterant (v. 18. 20. 15, 7.) obuiam iuisse, denique tumultu contra Paulum ob-

templi profanati suspicionem Act. XXI. concitasse apud Epiphanium memoratur. Hunc in modum qui in ipso aetatis ferore, quam diu inter medios Christianos Iudaizantes erat, ad Iudaismum retinendum et cum Christianismo, ut aiunt, corporandum propenderat, is cur se-rius, ad γνωστιν aliam alia in regione transductus, tamen Iudaicam in legem et prophetas obseruantiam, quantum vnuquam fieri poterat, etiam cum γνωστι sua vniuerit, nunc demum satis perspicere nobis videmur. Reliquis gnosticis exofus est Moles, contemnitur demiurgus, Iudeorum superstitione quippe gentis dominus. Sed Cerinthus cur aetate proiectior talia anti iudaica γνωστεως dictamina, quantum poterat, deuittauerit, mitioraque admiscere maluerit, Iudeis etiam forte gnosticum commendatura, id quidem psychologice commonistratur, id in hoc homine sponte cohaeret.

§. XXIII.

Satis bene quidem monetur, Gnosticum non ita contra Petrum Paulumque pro Iudaizante Christianismo debacchari potuisse, ut de Cerintho apud Epiphanium haer. 28. §. II. IV. legitur. At vero an Cerinthus haec peregit Gnosticus? An Gnosticum eum Epiphanius introducit? Si solam quidem Epiphanius Αγαπηθλαιων de Cerintho legendam haberemus, valde dubii non possemus non manere. Illa enim epitome haec abbreviavit:

breniant: Κηρυχίανοι καὶ Μηρυχίανοι οἱ αὐτοὶ Κηρυχεῖς καὶ Μηρυχεῖς, Ιεραῖοι, οἵτινες περιτομὴν αυχέστη καὶ ποσμὸν υπὸ φυγελῶν γενενησθαί, τοὺς δὲ ήδην κατὰ προκόπην Χριστὸν. Sed admonemur hoc luculento exemplo, quam confusa priscarum rerum notitia ex locis veterum oriatur, non nisi compendiariis et transitorii, vtut meliora illi scriptores nouissent iphi. In Panario nimirum, copiofiori opere, distinctius haec illustrat idem Epiphanius atque optime indicat sub finem §. II. Εποιης δε τέτο ο Κηρυχος πειν ḥ εν τῃ Ασίᾳ κηρύξατο αυτῷ κήρυγμα καὶ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ περισσότερον τῆς ἑωυτῆς ἀπωλείας βάραθρον. Id vero, nefcio quo nomine, ab iis, qui de systematibus veterum sive philosophorum sive religiosorum hominum iudices pronunciant, semper fere negligitur, vt sensim sensimque in animo doctrinae quoddam sistema formari obseruant. Neque tamen nisi per gradus variisque etiam immutationes ac sententiarum vicissitudines hominum mens ita prreditur, vt subinde adeo retrograda videatur. Raro autem ita cautos videmus humanarum mentium \*) historiographos, vt non ex omnibus omnino

\*) Tales indicamus in historiis pragmaticis, quales nostra etiam aetas abunde protrudit, in quibus Plautinum illud πληρεσται: „quod quisque in animo habet aut habiturus est, sciunt; quod in aurem Rex Reginae dixerit, sciunt; quod Iuno fabulata est cum Iove, sciunt; quae neque futura neque facta sunt, ii sciunt!“

omnino scriptis viri, tum potissimum, vbi pauca supersunt, colligant, immo confundant vnum eius idemque, si Diis placet, cogitandi sistema, quantumvis aetatis indeole annorumque decurso maxime inter se et dinervis et distantibus. Scitius sane hoc loco Epiphanius, ut Cerinthum Hierosolymitanum ab Asiatico discernamus, admonet. Nonne Iohannem Apocalypticum, qui sub Claudio aut Nerone aetate vigebat, ab eodem euangelii auctore certe ob sermonis dinervitatem probe discernere monemur \*). Quidni ob ideas etiam? Euangelista omnino imaginibus illis christianorum post bella triumphorum, regnique resurgentium martyrum in terris his olim beatissimi vmbbris non abundat. Sed proiectus aetate ingenium nonne deferuerescit? Nonne simpliciora illa et limpidiora Iesu viui de aeterna sua suorumque et felicitate et coniunctione, qualia sunt in euanglio c. XIV, 23. 28. XVI, 22. XVII, 24. — Viro illi seni, fluctibus vitae satis diu jactato, immo etiam per experientiam contra spem audaciorem munito atque de tarditate emendationis rerum ac deceptrice ex subitanis ausis meliora rapiendi expectatione vtcun-

que  
etiam  
que

\*) Ex recentissimis hoc rectissime monuit, quem honoris causa nominamus, vir nostras [doctiss. Sam. Gottlieb Lange in Commentario: die Schriften Johannis, des vertrauten Schülers Iesu, übersetzt und erklärt. I. Th. S. 65. (Neustrelitz 1795.)

que edocto ita demum bene suffecisse augu-  
remur?

§. XXIII.

Atquē etiam vlerius eadem via rectissima  
nos dicit Epiphanius, in alia quoque doctrinæ  
parte Cerinthum a se ipso discessisse accurate  
commemorans. Gnosticus Cerinthus Iesum re-  
surrexisse concedebat. Hoc apud Irenaeum at-  
que exinde in Epiphanio etiam sub fin. §. I.  
p. 111. Sed crucem figit hic ipse scriptor, postea  
§. VI. p. 113. referens: *ετος ο Κηρινθος ανοητος και ανοητων διδασκαλος Φασιει πχλιν τολμητας Χριστον πεπονθεναι και εξαυρωσθαι μηπω δε έγνηγεθαι, μέλλειν δε ανίσασθαι όταν η πατόλε γίνεται νεφρων ανάστασις. Ασύζητα τοινυν, addit, ταυτα παρ ενενοιος τατε φημι-  
τα και νοηματα.* Damnetur hoc judicium, vt  
παροργημα historici, an potius pro facula adhibe-  
tur, vt priora Cerinthi Iudeochristiani dogmata  
cum posterioribus eiusdem Gnosti scitis ex par-  
te quidem ασυζητα fuisse moneamur, horum vero  
sequiorum semen in illis infuisse iterum inde per-  
spiciamus? Resurrectionem Iesu nondum factam  
esse, tum quidem Cerinthus putasse legitur,  
cum idem Χριστον et passum et mortuum esse con-  
cederet, id est, tum, cum a Iesu Christum non-  
dum discerneret. En vere hoc idein in ipsum  
cadit ad γνωστη suam nondum transgressum. Eo  
quidem adhuc tempore corporis Christi omnium-  
que corporum veram resurrectionem expectare

pote-

poterat, si illud quidem τε πρωτότοκος εν γένεσι  
nondum \*) rediuium esse sumebat. Quomodo  
autem jam tum, cum adhuc inter Iudeochristianos  
esset, Cerinthius Iesu plures illas post tri-  
duum apparitiones resurrectionis talis, qualem  
postea etiam ut Gnosticus concedebat, documen-  
ta et signa, ante et post suscepit την ψευδωνι-  
μον γνώσην sibi explicauerit, an Docetarum eorum  
more, qui corpus Iesu semper phantasticum  
fuisse somniahant, an vero ita forsan, ut post  
mortem saltē το πνεύμα Χριστοῦ eo fine, ut com-  
parere posset inter homines, non nisi speciem  
corporis, quoties opus erat, induisse fingeret,  
non liquet. cf. Cel. Storr. 1. c. p. 176. sqq.

Nonne vero etiam in hoc dogmate progres-  
sum et quasi gradus, per quos Cerinthianum in-  
genium iuerat, psychologi obseruamus? Ab  
eodem gnostico conceditur adhuc quaedam Iesu  
refur-

\*) Fuisse Apostolorum jam aetate, qui Iesum post  
illud triduum non (vere) resurrexisse venditarent,  
ex Paulina argumentatione 1 Cor. XV, 13. 14. Epi-  
phanins quidem haer. 28. non recte collegit. Sed  
ipse etiam non tanquam ex historica certitudine, vt  
antea §. II. III. IV. ad Cerinthum Actor. 10. 11.  
15. 21. respici κατὰ γέντον affluerat, a Paulo  
Cerinthum innui tradit; tantum innui eum posse  
indicat. Notatu sane digna scriptoris — vtinam  
semper aequē accurati — in discernendo historice  
tradito et per coniecturam suam elicito diligentia.

resurrectio, qui antea, dum Iudaeochristianus  
fuerat, corporum resurrectionem sperauerat.

§. XXV.

Itaque cum 1) in Cerinthiano systemate duplicitas illa, dummodo tempora discernantur, per se non sit improbabilis, cum potius 2) ea ipsa a Iudaizante Christianismo, ad Gnosticis-  
mum cum Iudaismo ex parte adhuc coniunctum progressio iis, qui ad cognitionem hominum, quam gradaria sit, attendunt, veri specie non exigua se probare possit, cum denique 3) ista omnia a scriptore commemorentur, qui a) cur hac in causa copiosiora aliis sciuerit, docere pot-  
est, qui b) diligentiae hac in disquisitione indi-  
cia edit, qui c) per omnem narrationem non du-  
bitanter, sed tanquam de re satis comperta lo-  
quitur; — Iudaizans quondam Cerinthi Christia-  
nismus non minori sane, quam pleraque alia, quae ex originibus rerum christianarum repetuntur,  
historica niteretur probabilitate, etiam si Epi-  
phanius vnicus vere esset, qui antiquioris huius historiae nexus ita consentaneum descripsisset.  
Sed fides eius narrationi accedit firma satis, ubi  
alios etiam veteres de Cerintho ea, quae a Iudaizante Christiano expectari possunt, cogitasse de-  
prehendimus.

§. XXVI.

Ita Iudaizantem autem nouerant Cerinthum  
quidam, non nominati, quos Dionysius Ale-  
xan-

xandrinus ante se \*) vixisse innuit (*τινες των προημων*) qui proinde ante seculi III. initia sine dubio ponendi sunt. Hi nimirum vel Apocalypsin canone ecclesiastico receptam *Κηγινθε πλασμα* esse satis audaci ex coniectura pronunciabant. Cui opinioni id praefreuebant, vt certum de Cerintho comper-  
tumque: *τέτο γαρ εναι της διδασκαλιας αυτε δογμα επιγειον εσεσθαι την τε Χριστη βασιλειαν.* Και αν αυτος αργευτο, Φιλοσωματος αν και πανυ ταρκινος, εν τετοις ονειροπολει εσεσθαι, γαζρος και των υπο γαζερα πλησιοναι, τετεσι τιτιοις και ποτοις και γαμοις, και (δι αν αυφημιστερον ταυτα ηθη πορειασθαι) εορταις και θυσιαις και ιερειων σφραγαις. h. e. „esse nimirum hanc „ex doctrina ipsius sententiam: quod terrestre „futurum sit Messianum regnum. Ipsum enim „in iis, quia corporis amantior et carni omnino „dedi-

\*) καθ ημας ex vnu loquendi ap. Eusebium ii sunt, quos vel ipsi vita non attigimus vel quae non multo ante nostram vitam accidisse nouimus. Sic Dionysius Alex. ipse, qui a. 252. episcopus Alexandriae constitutus, sub finem II. aut initium III. seculi natus a. 265. decepsit, „της κατ Αλεξανδρειαν παροιμιας καθ ημας την επισκοπην ειληφως“ erat Eusebio (sec. Caue p. 111.) nato circa a. 270. denatio a. 340. qui proinde Alexandrinum Dionysium vita vix attigerat. Illi igitur, qui viro a. 252. ad grauissimum episcopatum admoto adeoque 30. annos sine dubio tum nato τινες προημων (vt nos dicimus: vor meinen Zeiten) audiunt adeoque vitam eius antecesserunt, intra fines seculi tertii comprehendri non possunt. cf. A. Merkel Aufkl. der Streitigk. der Aloger p. 112. 169. 269.

„deditus concupuerat, se permanensurum somnia-  
re, in iis sc. quae ventrem et viscera inple-  
rent, id est, cibis et potuum generibus et nu-  
ptiis et — prout haec absque offendiculo dicā  
posse autumabat — festis et sacrificiis victimis,  
que immolatis.“ — Neque habemus, cur eos ipsos  
Cerinthianum, iudaizans certe, de regno Messiano  
somnium, si non voluptuoso, tamen ad luxu-  
riem vitae propendente, vel finxisse vel factum ac-  
cepisse statuamus. Quo enim ullo modo conie-  
eturam suam de Apocalypsi canonica a Cerintho  
supposita persuaderi aliis sperare poterant, nisi  
Cerinthum certe judaizasse, et his iam siue  
fuisse compertum siue ostendi facile potuisset?  
Quin, quanam probabili ratione vel ipsi  
adduci potuissent, ut Cerinthum judaizantem  
fingerent, cum, si quaesuissent talem \*), cui  
Apocalypsin tribuerent, habuissent Ebionem, in-  
dubie Iudaizantem. Sed de Cerintho loquuntur  
non

\*) Monet quidem (p. 162.) doctiss. Storr: *einem hi-  
tzigen Gegner der Apoc. war's freilich immer an-  
genehmer, das verhasste Buch dem Erzketzer  
Cerinthus beizulegen, als es von seinem Schüler  
Ebion schreiben zu lassen.* Sed acerrimus quisque  
Apocalypseos aduersarius, nisi nouisset, Cerin-  
thum haberi talem, a quo judaizantia expectari  
possint, in certioribus, putem, substituisse, quo fa-  
cilius coniecturam de Apocalypsi haeretico πλωτο-  
πατι aliis persuaderet.

non fecus ac si jam pluribus cognita reliquae conjecturae audaciiori praemitterent. Loquuntur ut homines, quibus vel indoles Cerinthi vitaueque ratio adhuc nota fuerit. Neque Dionysius, ab audaci eorum conjectura ipse discedens, Cerinthi doctrinam atque indolem eos bene nosse non potuisse innuit. Annon igitur eos iudicasse videatur Dionysius (post a. 260. illa perscribens) tales, qui per aetatem Cerinthiana propius potuerint perspecta habere. Id quod tum sane ipso melius poterant, si quidem περὶ αὐτῶν i. e. seculo secundo vixerant, nec tantum ante ipsum scribentem scripserant. (cf. S. R. Storr I. c. p. 64.) Οἱ περὶ ἡμῶν enim intelliguntur αὐτες, non γέγραψαντες, cum utrum unquam τις illi scripserint, valde sit dubitandum.

§. XXVII.

Iam vero Epiphanius iterum nobis audiendus, qui et Thyatirenos quosdam, haeretica nuncupatione, antequam ipse innidiosum nomen τῶν Αλογῶν \*) creauerat, non nominatos Cerinthon Apocalypsin tribuisse memorat. haer. 51.

§. 33.

Plura

\*) cf. Io. Gottfr. Körner Diff. de auctoritate canonica Apocalypseos Iohannis ab Alogis imputata, ab Epiphanio defensa. (Lipf. 1751.) §. XVII. Opusculum inter illas temporum rationes vere extantius atque adhuc lectu dignum.

Plura tamen hoc ex loco, virorum doctissimorum studiis excusso, iterata opera intelligimus effici neutiquam posse. Vtrum hos eosdem Thyatirenos etiam Dionysius intenderit, non magis liquet, quam altera quæstio: an *iidem* Thyatireni etiam Euangeliū Iohannis Cerintho attribuerint; id quod *aliquos*\* ex Alogis fecisse ex §. 3. Epiphanius patet.

Neque aetas horum Thyatirenorum Αλογῶν ex hoc loco certius figi potest. Ponit quidem Epiphanius: ipsi dum vixerint, Thyatiris non orthodoxam sed partim αλογον partim montanisticam fuisse ecclesiam. Quando autem ipsi vixerint Thyatiris, hunc in modum ab Epiphanio significatur. Memorat, suo iam tempore Thyatirenam ecclesiam iterum esse orthodoxam, postquam ea per 112. annos montanistica fuerit. Νῦν δε, ait, δια τον κυριον εν τω χρονω τετω (h. e. nunc nostro\*) tempore) μετα χρονον εκατον δεκαδύο ετων εσιν η επιληπτικη και αυξει και αλλαι τινες ενεισε τυγχανσι. Post centum duodecim annorum tem-

D 2                                                                   pus!

\* Non enim *omnibus* id tuto ingeritur, dum monitum seruatur Storrianum: Es kann ja unter den Alogern selbst verschiedene Meinungen gegeben oder ihr System kann sich nach und nach gebildet haben, l. c. p. 56.

\*\*) Tempus, quo scripsit Epiphanius παναγιον, eti Valentini et Valentis annus XII. (v. L. 1, §. 2.) qui respondet anno Chr. 375 - 376.

pus! inquit. Vnde nam vero hic computus inchoandus? ab initii Montanismi Thyatireni? an vero a fine durationis huius sectae inter Thyatirenos? Vtrumque enim per graeca verba ipsa licet. Si posterius voluerit, a Montanistis Thyatirae infectae fuissent vsque ad annum vel 263. vel 264. quod vndenam vel confirmari vel refelli possit aliis relinquimus. Prior enim interpretatione de termino a quo, vt aiunt, annorum illorum 112. anteferenda est, contextu perpendeo. In Apocalypsi enim c. II, 18. sqq. innuere putat Epiphanius diuinum Numen: πως εμελέ πλανασθαι η Ἐκκλησία μετὰ τὸν χρόνον τῶν Ἀποστόλων τέτειων καὶ τῶν μετεξῆς. οὐδὲν χρόνος μετὰ τὲ Σωτῆρος ἀνάληψιν ἐπὶ ἐννευμοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν, ὡς μελέσης τῆς ἐπείσεο ἐκκλησίας πλανασθαι καὶ χωνεύεσθαι ἐν τῇ πατερῷ γύγᾳ αἱρέσει. Iam vero cum Apostolorum aetatem usque ad a. 126. Epiphanius protrahere non potuerit — Iohannem enim, inter Apostolos maxime longaeum, usque ad exitum Domitiani (ante a. c. 96.) visum \*) esse i. e. vixisse, Ireneao credimus neque alibi η διαδοχη vel γενεα αποσολικη ulterius protenditur — annis 93. post assumptionem Christi initium corruptae per haeresin eccl-

\*) ὅρᾳν coram videre saepe apud Iren. est cum aliquo versari. L. V. c. 325. sic laudantur Presbyteri, qui Iohannem viderant; in epa ad Florinum apostoli ἑρμηνοτες του κυριου. Opp. p. 340.

ecclesiae Thyatirenae designasse putandus \*) est.  
Quo concessso, postquam terminum, a quo haere-  
sis grassata fuerit, indicauerat, altero computo ter-  
minum ad quem ipse dare voluisse videbitur.

Sed subductis hisce calculis admodum taedio-  
sis aetas tamen Thyatirenorum Αλογων fixa  
non est. Non enim ii statim anno 126. adscri-  
bendi sunt, cum Montanistis poni debeant po-  
steriores. Nihil itaque ex Epiphanio sequitur  
de aetate ipsorum praeter hoc, quod intra a. 126  
et 238. extiterint, quo posito, etiam si istum  
fidei sublestae chronologum omnia hac vice recte  
vidisse concedatur, nihil fere efficitur.

§. XXVIII.

Sufficit, duobus ex fontibus probari, fuisse,  
qui Cerinthum ita nouerint Iudaizantem, ut li-  
bellum, quem Ιεδαιωτερον \*\*) vt Eusebii voce

D 5 vta-

\*) Consentit etiam, qui hanc historiam curiosi-  
sime pertractauit, Ferd. Stosch, in Antiqq. Thya-  
tiren. L. II. c. V. §. IV. p. 45<sup>1</sup>.

\*\*) Ιεδαιωτερον habitum fuisse sequiori certe aetate  
etiam id, quod nos sensum Apocalypfeos origi-  
narium et philologicum non possumus non voca-  
re, patet ex Hieronymiana definitione: Apocaly-  
psin Ioannis si iuxta literam accipimus, iudaizan-  
dum est. Prooem. libr. XVIII. Comm. in Ies.

vtamur v. H. E. L. VII, 24. vel ipsi interpretabantur vel explicari audiebant, ab ipso suppositum fuisse augurarentur. Vnicum ergo dubium, quod contra narrationem Epiphani de Iudaismo Cerinthi superfuisset, videlicet a tempore Cerinthi ipsum remotiorem esse, non parum minnitur, dum illi τινες apud Dionysium, seculi secundi, siue mediis siue exeuntis, homines, Cerinthum etiam norunt ιεροτελεστα. Qui cum judaizantem opinionem illius sciuerint, quae ipsa ab Epiphano non memoratur, hic insuper auctor, hac in causa, originarius nobis ostenditur, cuius relatio ab illis anonymis, quos Dionysius subiunxit, non pependerit.

§. XXIX

Alogi illi Thyatireni et Anonymi τινες apud Dionysium cum contemptius habeantur a non-nullis nosque ipsi opinionem de Apocalypsi canonica a Cerintho Iohanni Apostolo supposita non probabilem judicemus, id tamen silere non possumus, historicis notitiis non ita omnino male imbutos eos videri, qui, cum judaizantem apocalypseos huius auctorem circumspicerent, conjectura deuenerunt in Cerinthum. Hunc enim, cum judaizaret, dum in Palaestina versabatur, auctorem apocalypseos esse quidem potuisse per easdem temporum rationes conceditur, quae libellum hunc propheticum non sero

sero denum, sed sub Claudio \*) vel Nerone scriptum fuisse, vero simillimum ostendunt. Cerinthum Gnosticum apocalypses auctorem reputasse, tam absconum sane esset, ut vel Epiphanius, haereticos suos semper pro *ανοητοις* tractans, id refutare valuerit. Sed dum tempora distinguimus, Iudeochristianismus Cerinthi aetasque Apocalypses satis probabiliter coincidunt. De Cerintho tum quidem inter Palaestinianes Iudeochristianos versato, cur Iudaizantia et Hierosolymitana tam prope ante oculos habuerit ratio reddi poterat. Et quae sunt alia id genus probabiliter tamquam Alogorum nomine colligenda. Neque igitur in his Αλογες illos, quotquot denum fuerint, vel *ανοητες* vel *ανισοητες* deprehendimus. Quod autem in canonice libris examinandis *ανισοηται* fuerint, id sane cum viris ecclesiasticis commune habent, nec per iniuriam temporum, ubi archiuia testesque deerant, omnisque causa a παρεδοσει nimis incerta pendebat, melius utraque ex parte res peragi potuit.

§. XXX.

Sed alterius tamen scriptoris non contemnendi auctoritate id, quod Alogi quidam de ca-

D 4

nonica

\*) Quod secundum S. R. Storr vero simillimum ex Epiphanio potissimum suscipimus (cf. *Neue Apologie der Offenb. Ioh. §. 14.*) non sane illo in omnibus contempnendo chronologo.

nonica Apocalypsi a Cerintho supposita suspicati fuerant, confirmare nos non, vt solent, valemus. Statim succurrit rerum harum peritis Caius ille, vir ecclesiasticus \*), sub Zephyrino διαλογου cum Proclo, Montanistarum principe, auctor, in quo alternis vicibus personae loquebantur (vt videre est ex Euseb. H. E. L. III. c. 31. p. 167. ed. Stroth.) vnde etiam ζητησις appellabatur. Qua ex ζητησει cum apud Euseb. ibid. c. 28. haec verba recensentur: Ταῖς . . ταῦτα περὶ αὐτὰ (Κηρυκθού) γράφει ἀλλὰ καὶ Κηρυκθος ο δι αποκαλυψεων, ως υπο αποσολε μεγαλε γεγραμμεγων, τερατολογιας ημιν ως δι αγγελων αυτω δεδεγμενας φευδομενος επεισαγει λεγων υπατην ανασασιν επιγειον εναι το βασιλειον τε Χριστ, και παλιν επιθυμιας και ηδοναις εν Ιερασαλημ την σαρκιν πολιτευομενην δελευειν. Και εχθρος υπαρχων ταις γραφαις τε θες αριθμον χιλιονταετιας εν γαμω εορτης, θελων πλαναν, λεγει γινεσθαι — non pauci fuerunt, qui etiam Caium hoc loco Apocalypsin canonicanam Cerintho adscripsisse existimarent. Sed si Apocalypsis intelligeretur ea, quae sub Iohannis Apostoli persona ipsa loquitur, Caius vix, putem, scripsisset αιωνυμον illud et indefinitum: υπο αποσολε μεγαλε sed potius aut υπο Ιωαννας τε απος. aut certe τε απ. Manifestius autem adhuc discerni videntur αι αποκαλυψεις \*\*) illae Cerinthianae

\*) Euseb. H. E. L. II. c. 25.

\*\*) Compositae fuisse videntur, ut v. c. Pastor Hermae, ex pluribus ορασεσιν; unde pluralis tituli aptissime.

thianae a canonica, dum Caius a Cerintho *numerum* mille annorum in festum aliquod nuptiale fraudis studio atque *ex odio sacrarum scripturarum* applicatum fuisse innuit. Quarumnam enim Dei scripturarum odio, ut numerice mille annorum festum impostor fingeret, adduci potuerit, nisi ipsius apocalypseos canonicae? Alibi enim in S. Codice mille annos festos promitti non novimus. Mens igitur Caji alia non videtur esse posse, praeter hanc: finxit se Cerinthum, Iudaismo plenum, proprias *αποκλυψεις* atque ut facilius falleret lecturos, ipsum etiam illum mille annorum numerum ex divinis\*) libris, ipsi adeo, ut in pessimam partem iis uti non vereretur, exosis mutuum\*\*) quasi sum-

D 5

fisse

me ita explicari poterit, ut Theodoreetus eum de *αποκλυψεις* intellexit. v. mox §. 33.

\*) Non aliter de hac *χιλιονταetia* per se non demandata sentit Caius, quam Epiphanius, contra Dimoeritas Chiliastras (haer. 77. §. 26. p. 1031.) etiam concedens: οτι γεγαπται περι της χιλιονταetiaς ταυτης, ο τι εν τη Αποκλυψει Ιωαννα και οτι παρα πλεισοις εσιν η βιβλος πεπισευμενη. Eundem autem sensum Caji iam protulit Ier. Fr. Reuss, Vertheid. der Offenb. Ioh. (1772.) p. 91. 425. probabilem etiam I. A. Ernestio visam (N. th. Bibliothek. B. IX. S. 704. et Neuße th. Bibl. I B. p. 699.)

\*\*) v. Apoc. 20, 4. 5. cf. etiam ad voces εν γαμῳ εορτης Apoc. 19, 9. δειπνον τε γαμῳ τε αενις.  
Αριθμον

si se suumque Plasma ea canonicae apocalypseos  
similitudine affectata exornasse.

S. XXXI.

Profluet autem haec interpretatio eo luculentius, si textum, qui valde abruptus ab illo ἀλλὰ καὶ incipere videtur, inter se facilitiori nexu conjungamus. Neque enim tantum, dum ἀλλὰ καὶ sed etiam legimus, Eusebius locum inepte abscidisse videbitur ab iis, quae praecedebant apud Caium, sed desiderabitur etiam semper, aut verbum ad nominativum οὐκενθός pertinens, aut accusativus ad verbum επεισωγεῖ necessary, ex quo, quid introducat Cerinthus, intelligendum esset; nisi vel οὐ ante δὲ ex arbitrio delere vel δη pro δι, cum J. A. Ernestio, conjecturari malis. Omnia vero talia evitantur nexusque restituitur: dummodo ἀλλὰ καὶ alia etiam ponamus, eodem sensu, quo v. c. Epiphanius haer. 30, §. 14. de Ebionaeis: ετοι δὲ ἀλλὰ τινά διανοῦνται (Cerinthum videlicet ex genealogia Iesu, quae apud Matthaeum est, argumentari, Ebionaeos vero aliter sentire, praecidere nimirum illam genealogiam etc.) Licebit itaque et, si quid videmus, placebit, Caii locum

Ἀριθμον χιλιονταετιας εν γαμω εορτης λεγει γενεσθαι vertimus: in festas illas nuptias mille annos velut numeratos, (nec plus nec minus) impendi venditat.

cum ita vertere: „*alia etiam Cerinthus ille, per*  
„*sic dictas αποκαλυψεις quasi ab apostolo aliquo ma-*  
„*gno conscriptas mirifica dictu nobis tamquam ab*  
„*angelis ostensa mentitus, introducit, vendi-*  
„*tans: esse post resurrectionem terrestre Christi*  
„*regnum etc.*“ *Alia illa, quae Cerinthus in-*  
*introducere voluerit, a quibusnam aliis Caius*  
*discernat, contextu non superstite, ignoramus.*  
Non autem *alia cogitanda sunt, quam quae cum*  
*ecclesia consentirent; haec enim non: ἀλλα, sed*  
*ἕτερα fuissent. Cogitanda vero sunt alia ex eo-*  
*dem genere, ut verbi causa forent alia, quam*  
*quae in aliis tradantur apocalypsis suspectis,*  
*qualem paulo antea (c. 25. p. 158.) Eusebius*  
*memoraverat την Πετρον αποκαλυψιν. Verbo: alio*  
*modo, quam alios, regnum terrestre Messianum*  
*post resurrectionem extiturum Cerinthus pollici-*  
*tus fuisse indicatur.*

§. XXXII.

Caius autem, huius indicii non tam auctor  
quam scriptor, neque ex iis Antimontanistis fuit,  
qui Iohannea omnia rejecerunt et propterea ab  
Epiphanio ut *ἄλογοι* fuerunt notati, neque inter  
*τινας* illos Alexandrini Dionysii tacite compre-  
henditur. Virum ecclesiasticum, inter suos in-  
clytum, ut erat Caius ex Eusebii H. E. L. II,  
c. 25. Dionysius, si ex ipso potissimum illa de  
suspicione apocalypseos a Cerintho effectae hau-  
sisset,

sisset, nominatim siuisset praelucere opinioni antiapocalypticae. Maxima autem ex parte coniectura ista historica de Caio inter τινας Dionysianos intelligendo (*Neue Apol. d. Offenb. Ioh.* p. 66.) nititur ea ipsa similitudine, qua locus Caii incipiens: ἀλλὰ οὐκὶ πήρενθος parallelus visus fuerat Dionysiano loco: Κηρινθού δε . . αξιοπιστον (εξιν) επιφημισαι θελησαντα τω εαυτα πλασματι (apocalyptic) ενομα. Euseb. III, 28. VII, 25.

Quodsi igitur ἀλλα οὐκ in loco Caii per se probabilius videtur, simul Caium a societate illorum τινων apud Dionysium atque των Αλογων Epiphanii, ut meretur, liberatum nanciscimur,

§. XXXIII.

Quidquid vero sit de voculis αλλα οὐκ statuendum, Caium certe, cuius dialogus circa a. 210. scriptus fuit, de Cerintho idem, quod illi τινες ap. Dionys. et Thyatireni ap. Epiphanius novisse comperimus, chiliasmi nimirum luxuriosi somnia; quae cum Iudeochristianismo ipsius Palaestinenfi facile cohaerere nemo dubitabit.

Caium

Atque Caium dum ita interpretamur, consen-  
tientem habemus iam Theodoreum, qui suam de  
Cerintho notitiam L. II. c. 3. ex Irenaeo et Euse-  
bii loco interim tractato collegisse deprehendi-  
tur. Post ea, quae ex Irenaeo hauserat, Euse-  
bii vel Caii potius indicium ita περιφραζει: *ετος*  
(Cerinthus) απομαλυψεις τινας ως αυτος (an forte:  
ως αποσθος?) τεθεαμενος επλασατο και απειλω \*)  
τινων διδασκαλιας συνεθηκε και τα κυρια την βασιλειαν  
εφησεν επιγειον εσεσθαι και βρωσιν και ποσιν ανειροπο-  
λησε και Φιληδονιας εφαντασθη και γαμες και θυσιας  
και εορτας εν Ιερασαλημ τελεγμενας και ταυτα επι Χι-  
λιοις ετεσι τελεσθησθαι ποσετον γαρ ιητο ιαθεξειν  
τα κυρια την βασιλειαν. κατα τετε δε ε μονον οι προ-  
ρηθεντες \*\*) συνεγραψαν αλλα συν εκενοις και Γαιος  
και Διονυσιος ο των Αλεξανδρεων επισκοπος, non li-  
bellis scilicet singularibus, sed locis, ut vide-  
mus, alibi intermixtis.

§. XXXIV.

\*) Malunt alii αγγελων ex loco Caji. Satis proba-  
biliter.

\*\*) §. II. Ιασινος ο Φιλοσοφος και ματρις, και Ειρη-  
ναιος ο των αποστολων διαδοχος και Ωριγενης.

§. XXXIV.

Etiam si omnia, quae de Chiliasmo Cerinthi norunt veteres ad unum redirent Caium, nec ad duos vel tres fontes, Caium puta, Dionysii et Alogos Epiphanii, tamen ea quibus haeresiologus hic de Cerinthiano Iudeochristianismo retulit, quo modo Petri Pauloque restiterit, e loco Caji eo minus putari possunt exsculpta esse, cum Epiphanius in tractatione de Haeresi Cerinthi (haer. 28.) chiliasmum ipsius plane non titterit. Nolimus itaque contra illam de Chiliasmo Cerinthiano historiam universe pronunciare: quod huius unius viri, contra Proclum aestuantis atque aut doctrinam Cerinthianam ignorantis aut veritatis studium non satis probant, effato nihil fidendum sit. *Neue Apol. d. Off. Joh. p. 87.*

Cerinthus potius ut Iudaizans Christianus ab Epiphanio, et nominatim ut Chiliaста crassioris ingenii ab aliis ita depingitur, ut, dummodo tempus figuratur ab ipso veteri scriptore indicatum, omnia inter se cohaereant, se mutuo sustentent, stabiliant atque etiam, prout in sequenti tractatione patebit, ad Gnosticismum ejusdem perspiciendum viam aperiant.

§. XXXV.

§. XXXV.

Quae ad historiam Apocalypseos Canonicae ex his pertineant, facile eruuntur. Iudeo-christiano Cerintho non ita sane ipsa repugnat, uti Gnostico eidem illam repugnare nimis faciliter opera et quasi ludentes non pauci invenerunt. Sed et haec ultius persequi, nostri nunc instituti non est. Ut paucis profiteamur, quae non sine copiosa disputatione evinci possent: et propagatores prisci, Apocalypseos canon. et adversarii ejus qui historici testes appellantur, propter aetatem nimis a re gesta distantem et praeconceptas, quibus ipsis, sive crassius judaizantes et ενθεσιαζούτες sive in Montanistas injurii et αλληγοριζούτες, in contraria omnia aguntur, opiniones, digni non sunt. Utraque pars, partium enim studio flagrant utrinque omnes, nihil fere argumentis agit vere historicis, sed ex παραδοσει, quae, et credulitati et simplicitati των πρεσβυτερων superstructa, ab altera parte semper etiam sine historia, iam per coniecturas, iam per credulitatem, non evertitur, sed avertitur.

Itaque in omni hac causa ex historia externa nihil plane certo decerni posse post tot conatus persuasi, intrinsecus in libello Iohanneo unice exquirendum putamus, utrum scriptor ipsius Iohannes

nes (I, 9.) idem videri vel possit vel probabi-  
liter debeat, qui et Evangelii et Epistolarum,  
quae Iohanni apostolo tribuuntur, scriptor fuit.  
An vero, id quod unice ad extremum superesset,  
omnium horum libellorum auctor Cerinthus vi-  
deri possit, ut Alogis videbatur, Cerinthi Gno-  
sticismo perspecto facilius erit judicatu.


3f 847

**ULB Halle**  
006 231 985

3



JET



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



# HISTORIA CERINTHI

CVIVS PARTEM PRIOREM

QVAE AD

## IVDAEOCHRISTIANISMVM

ET

## CANONICAE APOCALYPSEOS

FATA ILLVSTRANDA PERTINGIT

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

## C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THY-  
RINGIAE REL.

EX

AVCTORITATE VENERANDI THEOLOGORVM ORDINIS  
P R A E S I D E

## I O A N N . G V I L I E M . S C H M I D

THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE PUBL. ORDIN.  
CIVIVM GOTCHANORVM ET ALTENBURGENSIVM INSPE-  
CTORE, THEOLOGI ORDINIS H. T. DECANO

PRO SVMMIS IN THEOLOGIA HONORIBVS

RITE IMPETRANDIS

A. D. VIII. Avg. A. C. C I C C X C V.

PVBLINE DISCEPTANDAM PROPONIT

## H E N R . E B E R H . G O T T L . P A V L V S

THEOLOGIAE PROFESSOR P. ORD. PHILOSOPHIAE DOCTOR, SO-  
CIETATIS ANTIQUARIAE LONDINENSIS ET NATVRAE CVRIO-  
SORVM IENENSIS COLLEGA.

---

I E N A E ,

T Y P I S G O E P F E R D T I L .